

bilem & infirmam ut in infernum descendat, & projectum se conqueratur à facie oculorum divinorum; Psal. 31. Unde sequitur male argui à fidei debilitate ad nullitatem, aut qui infirmam fidem habeant, eos idcirco à Deo relictos. Quemadmodum enim nemo negat cineri ignem subesse, quia non splendeat nec ardeat: aut arbores vivere, quia hyberno tempore calvæ sunt: Ita non sequitur fidem illic non esse, ubi quandoque non eminet nec apparet. Nam Spiritus Domini vento similis est, qui quando & ubi vult spirat. X. Qui queritur de fidei infirmitate, luctam & agonem fidei significat, quæ est nota verę fidei. In homine enim assiduum & perpetuum certamē cernitur inter fidem & incredulitatem: nec vel ad momentum desunt aggressores fidei, puta tentationes, inter quas illa haud aliter quam inter strictos gladios vivere cogitur. Nimirum hoc op' hic labor est, cor terrenum cum Christo, & agrum sterilem cum semine cœlesti per fidem unire, illasq; corruptæ nostræ naturæ tenebras lucis capaces efficere: dum caro omnia alia sibi postulat, & tyrannidem Spirit⁹ affectat, & tenebræ vin-

ci ac

*Quærela  
de fidei  
infirmitate est  
testis fi-  
dei.*